

69 61  
P

NUPTIIS

*VIRI Clarissimi atq; Doctissimi*

**DN. DAVID HANCKII,**

**Cant. & Coll. Schol. Bicinensis**

**SPONSI**

&

*VIRGINIS Florentissima*

**EVÆ OPPOLIANÆ,**

*VIRI Admodum Rev. Clar. Doctif.*

**Domini Danielis Oppolii,**

**Senioris & Myſtæ Bicin. Solertissimi,**

*Filiæ natu majoris amantissima*

*Biciniae Pridiè Calend. Maji Anno 1675.*

*Celebrandis*

*Fausta & prospera quæq; precantur*

**Sequentes.**



**BRIGÆ,**

**Exprimebat Johannes Christophorus Jacobi.**

1018614

# EPIGRAMMA NUPTIALE

*Post nubila jubila.*



Silicet omnigenâ dotatus Palladis arte  
 Clari olim proles æmula digna Patris  
 Hactenus atroci Parcarum captus habenâ  
 Duxisti miseros, Magne Patrone, dies.  
 Dum Pater æthereus, mundi, cui summa potestas,  
 Unanimi solvit corda ligata fide.

Cum Tibi luctifica nece conjux rapta svâvis,  
 Dimidium cordis quæ fuit ante tui.

Cum Thalami casti, sublata est biga venusta  
 Natarum, quas & ferrea Parca tulit.

O funesta dies atro signanda lapillo,  
 Mœstitiæ signo, sæpe notanda dies!

Sistere ritè Chelyn nec non suspendere buxos  
 Et Genitor didicit mœstus ubiq; gemens.

Quin hic ingentem gemitum dat pectore ab imo  
 Dum sublata videt gaudia grata tori

Tunc lætæ æstati successit bruma molesta,  
 Quæ solet effigies temporis esse mali.

Ast varios casus post tot discrimina rerum  
 NUBILA POST PHOEBUS, gratior ecce micat?

*Omnia nunc rident, nunc formosissimus annus,  
 Nunc florent violæ, perbenè cuncta virent.*

*Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor,  
 Telluris & sulcos, findit arator, ovans.*

*Nunc frondent sylvæ, nunc prata virentia florent,  
 Mox nardi, violæ LILIA, caltha, croci.*

Nunc Tibi post fletus miseros, post mœsta, quietem  
 Ecce dat, omnipotens, Vir venerande, Deus.



1018427

Dum bonus associat Deus hic Tibi pectore Costam  
 Pergratam, Tibi quæ dulce levamen erit.  
 Quæ pietate nitens, Helenam virtutibus ipsam  
 Vincit & ingenui signa pudoris habet.  
 Hæc teneræ ætatis vernans florentibus annis,  
 Possidet intactas virginitatis opes.  
 Hæc Tibi parparili Tecum queis laudet Jovam,  
 Virtute insignis, religione pia,  
 Hæc Tibi parparili donatur nata Parente  
 Docto, per-Tibi, Vir nunc-venerande, datur  
 Hæc Tibi chara datur, Tecum quo laudet amicum  
 Hostem ac ipsa tuum dicat & esse suum  
 Hæc Tibi parparili disrumpet tristia fata  
 Inq; sinum ejus cuncta timenda feres.  
 An non Te dicat jam terve quaterve beatum,  
 Quilibet, ac vero cinctus, ubiq;, bono.  
 Hinc sit ter faustum ter felix atq; beatum  
 Hoc Tibi Conjugium? Sit Tibi læta quies!  
 Nec vos adversi turbet violentia morbi  
 Sit procul omnis Eris, semper at adsit Eros  
 Quin pietate potens sumat domus incrementum  
 Inq; DEI laudes floreat illa diu.  
 Vivite concordēs, felices vivite, sic vos  
 \*Nec cruciet luctus necve querela nocens,  
 Atq; utinam hærentes sic vas vincire catena  
 Vellet, quo nunquam solveret ulla dies.  
 Exemplo junctæ tibi sint in amore columbæ  
 Masculus & totum fœmina Conjugium,  
 Errat qui finem nunc vestri querit amoris  
 Verus amor nullum novit habere modum

\* Prop, Lib. 2.

*Terra prius falso partu deludet arantes*  
 Vestra prius sument gaudia grata modum.  
 O claro jucunda Viro, jucunda Parenti,  
 Salve teq; bona Jova beabit ope.  
 Sic vos felices, faustos lætosq; beatos  
 Sic tecum plausus ipse habeto Parens  
 Sic vos concordēs gaudebunt esse Parentes,  
 Sic Te felicem cum genitrice Parens.  
 Cernet, sicq; piam Te dicent esse Maritam,  
 Laudabuntq; pium Te quoq; Sponse Virum.  
 Hæc Tibi sint Sponsæq; Tuæ, donec Deus ipse  
 Vos tam concordēs dissociare volet.  
 In sacrata Poli deducet tecta, querelis  
 Nullus ubi locus est, gaudia millia ubi.  
 Sic Tibi post luctus fletus POST NUBILA PHOEBUS  
 Sic post mœsta Tibi JUBILA semper erunt!

*Ita vovet*

*G. S. F. Bic. Sil.*

**S**portula concessa est priscaisq; numismata cusa  
 Auro sponsatis sic luxu corda fremebant:  
 Ast ego festivos plausus, & pectore solvam  
 Votum devoto. Sociam dum jungis amicam  
 Fautor amande Tuas dextras quas sanguine creta  
 Non adeo informi, genita & quæ stirpe celebri.  
 Mystra cui Pater est, genitrix & ipsa sacratio  
 Siemmate quæ præstans. Quare vivatis uterq;  
 Apprecor ex animo, concordēs, turbinis experts  
 Sit Torus hic vester. Diræ contagia morbi  
 Vos fugiant. Vobis summus benedicat Jova.

*Sic vovet*

*S. F. Bic. Sil.*